

Hoc volumen continet

1. de Necessitate Physicæ in praxi medicæ.
2. Historia variolarum epidemicè grassantium.
3. de Frigiditatis fixæ mirabili efficacia.
4. de causis caloris naturalis et præternaturalis.
5. Natura morborum medicatrix mechanica.
6. Affectus hereditarii, illorumq. origo.
7. Historia febris malignæ epidemicè petechizantis.
8. Animus sanitatis & morborum faber.
9. De potentia ventorum in corpore humanum.
10. de mentis morbis.
11. de mercurio et Qualitatibus selectis.
12. de præcipuis studiorum morbis.
13. Theses selectiores ex philosophia & medicina.
14. De terebinthina.
15. de regimine prægnantium.
16. de pleuritide & peripneumonia.
17. de membris fractis.
18. de pulverum permutatoriorum usu & abusu.
19. de diarrhoea in febribus malignis salutari.
20. de remedii antidontalgici.
21. de opiatorum nova & mechanica operandi ratio.
22. de podagra retrocedente in corpus.
23. Motus optima corporis medicina. **Xc. 32.**
24. de morbo nigro Hippocratis.
25. Sacchari historia naturalis & medica.
26. de peregrinationibus sanitatis causa instituendis.
27. observationes prædixæ circa febres tertianas.
28. de prudenti medicamentorum continuatione.

13
2

Q. D. B. V.

THESES SELECTIONIORES

ex
PHILOSOPHICIS ET MEDICIS,

RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO VVILHELMO,
ELECTORATVS BRANDENBURGENSIS HEREDE &c. &c.

P R A E S I D E
DN. FRIDERICO HOFFMANNO

Medicinæ & Philosoph. Natural. P.P. Medico Electorali
Aulico, Collegii sui h.t. Decano,

Patreno ac Promotore meo estimatissimo

D. Novembr. clō 10c 1c. horis antemeridianis

In Auditorio Majori

Eruditorum censura submittit

R. G. CLAMER.

Oldenb. Westph.

H A L A E,

Typis Johannis Jacobi Krebsii, Acad. Typogr.

VIRIS
PRÆNOBILISSIMIS, AMPLIS-
SIMIS, ATQVE CONSULTISSIMIS

DNNIS CONSULIBUS
DIEDERICO
GUNTHERO,

ET
DUNKERO,

NEC NON
SYNDICO VOSSIO,

CÆTERISQUE PATRIBUS
CONSCRIPTIS CLARISSIMIS.

Hanc thesium dissertatiunculam
in memoriam sui submisse offert.



an Ha 1659

R. G. CLAMER.

THESES SELECTIO-
RES EX PHILOSOPHICIS,

I.

INter innumeras logicas seu artes
ratiocinandi & cogitandi talis adhuc
desideratur, quæ regulas exhibeat
perspicuas, quibus copiosissimi in theo-
logicis moralibus physicis, medicis er-
rores commisi planissime ostendi &
detegi possint, & mens ab erroribus ul-
terius committendis se cavere discat.

2. Unica perfectio mentis nostræ
consistit in inquisitione veritatis.

3. Principium omnis veritatis & sa-
pientiæ rectissime est dubitatio, quo-
niam animum ad videndam veritatem

præparat præscindendo noxiosissima
præjudicia autoritatis philantia &
præcipitantiæ.

4. Unicus & essentialis character
veritatis est intimus mentis consensus
atque convictio.

5. Quæcunque assertio non invenit
consensum & ad convictionem men-
tem humanam perducit, sed dubitatio-
nem relinquit, illa non cognoscitur
ut vera.

6. Mens veritatem non percipere ac
intime penetrare potest nisi per ideas.

7. Omnis itaque scientia consistit &
versatur in ideis rerum.

8. Idea nihil aliud est quam vesti-
gium rei externæ cerebro impressum.

9. Nul-

9. Nullæ dantur ideæ rerum menti
connatæ, nihilominus menti humanæ
a natura insita quædam vis æquabilis
est verum videndi illiquè assentiendi,
& est portio relictæ imaginis divinæ
qua homo distinguitur a bestia.

10. Si homo agit contra internam
convictionem veri & justi agit contra
conscientiam.

11. Omnis idea pro fundamento &
origine & causa habet objecta externa
quæ mediantibus sensibus in cerebro
sui vestigium relinquunt.

12. Rectissime dicitur a veteribus
nihil esse in intellectu quod non prius
fuit in sensu i. e. originaliter & causali-
ter, unde homo sensibus carens omni
veritate destituitur.

13.

13. Ideæ commodissime distinguuntur in passivas & activas.

14. Passivæ appellantur quas objecta externa necessariâ quadam actione producunt mediantibus sensoris in ipsâ mente & dici possunt sensuales.

15. Activæ vocantur illæ, quas ipsa mens ex se libera circa sensuales operatur, has variis rationibus abstrahendo, comparando, subtrahendo.

16. Scientia physices, chymicæ anatomix & medicinæ maximam partem fundatur ideis sensualibus. Mathesis autem pura & metaphysica in activis & intellectualibus maxime est occupata.

17. Ideæ sensuales menti oblatae percipi-

ci-

cipiuntur & ad facultatem mentis ima-
ginativam & memoriam spectant, ideæ
autem intellectuales concipiuntur &
ad intellectum activum purum & ju-
diciū pertinent.

18. Perceptio sola sensualis fallit in ju-
dicando: seu potius voluntas judicandi
ex solis perceptionibus sensualibus &
inde concludendo ad ipsam rerum na-
turam perscrutandam fallit & fallitur.

19. Cum effectus semper distinctum
quid sit à causa, hinc perperam à pluri-
bus concluditur, effectus sive certos
motus in spiritibus animalibus susce-
ptos & inde dependentes sensationes v.
g. caloris, frigoris, doloris, dulcedinis,
attractionis existere formaliter & emi-
nen-

nenter in objectis externis tanquam
causis.

20. Mens nostra præter potentiam
passivam percipiendi & activam
concipiendi, instructa etiam est faculta-
te fingendi sive imaginante, dum va-
rias de novo producit & componit
occasione sensualium ideas, quæ tamen
non deprehenduntur in re ipsâ.

21. Usus habet hæc fixio in elicien-
da rerum naturalium probabilitate u-
bi sensibus non penetrare possumus, &
ex eo oriuntur hypotheses.

22. Bona hypothesis supposita
debet habere intelligibilia cohærentia
secundò solvi & explicari debent ex in-
de incogniti effectus atque phæno-

me-

mena ut nulla sequatur absurditas.

23. Præcipua regula in inquirenda-
veritate & detegendis erroribus est, ut
quis bene noscat distinguere Ideas fi-
ctas & entia imaginativa ab ideis ve-
ris & entibus intellectus atque con-
ceptus.

24. Omnes ideæ fictæ sunt obscuræ,
nec facile à quovis capi & intelligi pos-
sunt, veræ autem sunt perspicuæ faci-
les & statim concipiuntur.

25. Ideæ, quæ non desumptæ sunt ex
ipsis rebus extra mentem existentibus,
plerumque sunt fictæ.

26. In scientia physica perperam re-
rum naturalium phænomena expli-
cantur ex ideis in mente formatis; cum

B

po-

potius ipsæ ideæ prius ex rebus natura-
libus desumi debeant.

27. Falsum est axioma: in idea certa
cujusdam rei in mente formata includi
& involvi etiam statim existentiam rei
externam

28. Ubi sensus & intellectus deficit,
ibi plerumque homines incipiunt fin-
gere.

29. Cum scientia nostra versetur in
ideis claris & evidentibus, ideo opus
est, uti vocabulis, quæ idearum in mente
existentium sigilla esse debent, claris &
perspicuis, quæ similem mox produ-
cant in mente ideam.

30. Voces obscuræ, quæ non vulga-
ribus terminis explicari & definiri pos-
sunt

sunt, plerumque testantur de ideis fi-
ctis.

31. Origo innumerabilium erro-
rum est, quod qui vis secundum arbitri-
um suum vocabulis attribuat certas
notiones.

32. Complures controversiæ statim
deciduntur, & veritas plana & facilis
fit, quando terminis vulgaribus & sim-
plicissimis utimur.

33. Fons errorum innumerabilium
est, quod homo limites intellectus sui
nesciat, sed ultra ipsos promoveri sci-
entiam velit.

34. Causa præcipuorum errorum in
physicis & theologis est existimare il-
las res, quæ mente abstrahi possunt &

distinctæ sunt, esse etiam extra mentem
res seorsim existentes.

35. Error maximus & vulgaris phi-
losophorum est, quod naturam & ef-
sentiam corporum penetrare velint,
cum nullam substantiam, tam spiritua-
lem quam corpoream cognitam ha-
beamus.

36. Rerum creatarum substantiam,
vim & essentiam unum idemque esse
statuimus.

37. Optime physicus & medicus
procedit, quando consequentias dedu-
cit ex iis rebus, quæ sensu & ratione cer-
tæ sunt, & per gradus non per saltum
composita reducit ad simplicia & prin-
cipiis propiora.

38. Va-

38. Vana est philosophandi ratio,
quando Medici Cartesiani allaborant
rerum naturalium effectus morborum
causas, remediorum modum agendi
ex magnitudine, figura, situ particula-
rum explicare.

39. Physicus & medicus contentus
esse debet, quando effectus naturales
per causas proximiores explicat, quam-
vis omnia constent ex certa magnitu-
dine, figura, situ partium, impossibile
tamen est, propter imbecillitatem sen-
suum & hinc etiam raticionandi defe-
ctum penetrare intimam structuram
& unionem partium præsertim mini-
marum.

40. Omnis scientia syllogistica arith-

B 3

meti-

metica algebraica ratiocinandi & judicandi de rebus, consistit in eo unico; quod sicuti æqualium, ita & inæqualium, una eademque inter se sit ratio & proportio.

*THESES SELECTIONES
EX MEDICIS.*

I.

ET animus & corpus est subjectum medicinæ: & moralitas ac motus atque aptitudo animi dependet maximam partem à sanguinis circulo.

2. Circulatio sanguinis diversa est ratione temperamentorum, ætatum, habitus corporis, vitæ generis, dispositionis hæreditariæ, regionum, alimenterum.

3. Sin-

3. Singula temperamenta, ætates, habitus corporis, vitæ genera, regiones, alimenta, dispositiones ex semine parentum, habent suas peculiare mores, inclinationes, vitia, virtutes, ingenia & variant ratione ipsorum.

4. Qui vult corpus sanum servare & ægrotans restituere, merito philosophus & medicus esse debet.

5. Antiquissimi medici paucis herbis & philosophiæ præceptis utebantur in morborum sanatione.

6. Vitæ & sanitatis unicum fundamentum est liber & æqualis sanguinis & humorum motus per corporis minima.

7. Fundamentum omnium morborum

rūm est inæqualis vel impeditus sanguinis & humorum circulus.

8. Principium movens omnium animalium & corporis nostri rectissime juxta Hippocratem deducitur ab aere purissimo sive æthere,

9. Seminalis spiritus ex quo animalia oriuntur nihil aliud est, quam subtilissima aëris portio, in qua delineatae sunt ideæ omnium partium istius animalis in quo semen fuit generatum.

10. Cum vita nostra consistat in motu sanguinis, nullus autem motus fieri possit nisi sit proportio inter movens & mobile; Hinc facile concluditur convenientem quantitatem, qualitatem & viarum debitam dispositionem requiri, ut homo sit sanus.

II.

11. Plethora, intemperies sive cacochymia & obstructio sunt plerumque causæ antecedentes morborum.

12. Sanguis bonus & satis fluidus, licet sit copiosus, per se rarò causa morborum est.

13. Venæsectio præsentissime imminuit plethoram, hinc ubi periculum in mora, adhiberi debet.

14. Largior venæsectionis usus corpora infirmit, ipsaque variis morbis & epidemicis malis obnoxia reddit.

15. Præstat parciori victu, ac motu intensiori, sanguinis quantitatem excessivam imminuere, quam venæsectione, nisi periculum sit in mora.

C 16.

16. Causa morborum immediata
plerumque est motus spirituum & hu-
morum præternaturalis.

17. Solum acidum & viscidum cau-
sam morborum proximam esse, suffi-
cientibus rationum momentis adstrui
nequit.

18. Omnes morborum motus febre
& spasma maxima ex parte conti-
nentur.

19. Omnes motus morborum in bo-
num instituuntur finem.

20. Febres & spasmi non tantum ab
acrimonia sanguinis, verum potissi-
mum à sanguinis stasi & motu ejus im-
pedito nascuntur.

21. O.

21. Omnis hæmorrhagia pro fundamento habet impeditum sanguinis motum.

22. Remedia, quæ mensium & hæmorrhoidum obstructionem sanant, uti sunt temperata volatilia, martialia, extracta amara, salina, nitrosa, illa etiam præservant à nimis hæmorrhagiis.

23. Decem ad summum remedia apta sunt, omnis generis morbos internos tuto & feliciter propulsare.

24. Nullum datur remedium, quod solum aptum sit morbum certum sanare.

25. Applicatio remediorum ratione doseos, temporis, ordinis, continuationis.

tionis, genuinum est & esse debet arca-
num medicorum.

26. Medicamenta Galenica plus va-
lent in morbis acutis, chymica in chro-
nicis.

27. Qui probe scit motus instituere
& illos sedare, ille optimus est medi-
cus.

28. Medicus plus circa motus quam
correctionem materiae operari debet.



Ua 1659

ULB Halle 3
 004 187 067



Handwritten: Sb,
Handwritten: 1017

Stamp: Nur für den Lesesaal

Handwritten: Retros V




Handwritten: 1017

Handwritten: [illegible]







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

13
v.

SES
LORES

ET MEDICIS,

GNIFICENTISSIMO,
PE AC DOMINO,

VILHELMO,

GENSIS HEREDE &c. &c.

D E
HOFFMANNNO

. P.P. Medico Electorali

h.t. Decano,

neo astumatissimo

e. horis antemeridianis

Majori

Submittit

M E R.

tph.

AE,

osii, Acad. Typogr.

